



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab Anno 313. Usque Ad Annum 361

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1758

VD18 90117778

§. 3. Basilio Ascensis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66022](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66022)

re, & charitate plena, ejus levitatem re-
prehendit. (*)

Sæculum IV.
A. C. 357.

§. III.

S. Basilii Ascesis.

Sancti Basilii Desertum brevi tempore *Idem ep. 9.*

Discipulorum multitudine frequens
fuit, quos ad Deum dirigebat, & in pace
perfecta vivere docebat. Diversis tem-
poribus ad eorum usum multa pia præ-
cepta

Aaa 3

(*) Nempe Juvenes Gentilium Parentum, &
Rhetoricam profanam more Gentilium docere,
suppressa Christi Doctrina, Christianum non de-
cebat:

Hic etiam Protestans Notam subjunxit: Wenn
diese beyden Männer, *Basilius und Gregorius
Nazianzenus*, sonst keine Verdienste hätten, so
würde man gewiß nicht Ursach haben, sie um
ihrer Einsiedeley willen hochzuschätzen; als
darinn sie, unter dem Vorwand eine höhere
Stufe der Heiligung und Vollkommenheit zu
erlangen, sich an GOTT, an ihrem Nächsten,
und an sich selbst gröblich versündigt. Et in-
ferius: wenn sie die Jugend unterrichtet hät-
ten, so würde das GOTT weit wohlgefälliger
gewesen seyn, als daß sie säuisch lebeten. Et
plura ejusmodi. Ita rustice loquitur de his San-
ctis Viris homo Protestans, præjudiciis in juven-
tute hausis in transversum actus. Miserum ar-
gumentandi modum Wenn diese beyde Männer
keine

Sæculum IV. A. C. 357. cepta conscripsit, quæ plerique Orientis Monachi posteris temporibus sibi in Regulam assumpserunt, vocanturque uno nomine S. Basilii ascetica. Primus tractatus est collectio multorum textuum Scripturæ, Moralium nomine, cujus concinnandi occasio hæc fuit; susceptis in Ægyptum, & Orientem profectionibus, S. Basilus vidit attonitus divisionem Ecclesiarum, Sanctissimos Episcopos perfectionem patientes, & calamitates ingentes,

keine andere Verdienste hätten. At profecto habent plurima alia merita, & istis majora, & ideo habent, quia prius in Eremo morati sunt, quod Interpres noster non capit. Nunquam quidem a Catholicis aliquis Sanctitatis gradus in foris habitu positus est; verum jejunare, in Solitudine vivere, mulierem non tangere, manibus suis laborare, semper orare, vigilare, corpus castigare, & in servitutem redigere, opera sunt, quæ JESUS CHRISTUS, & S. PAULUS in S. Scriptura suadent, & ad vitæ Christianæ Sanctitatem perducunt. Nunquam Anachoretæ, aut Cænobitæ ita sylvescebant, ut proximo essent inutiles, quod Protestans, si voluisset, centies in versione Fleuri notare potuisset, sed, ne quidem S. Antonio Monachorum Patre, aut etiam illis, qui in Columnis agebant, inde Stylites dicti, exceptis, laborabant, Eleemosinam dabant, rudes docebant, mæstos consolabantur, ægrotos sanabant, SS. Martyres juvabant, fidem prædicabant. Solutus S. Ba-

gentes, quas ubique crudelis Arianorum potentia gignebat; has vehementer deplorans, & in tantorum malorum originem inquirens, eam in illis Scripturæ verbis invenisse sibi visus est: *in tempore illo non erat Rex in Israel, sed unusquisque, quod sibi rectum videbatur, hoc faciebat; ita, inquit: & nos vivimus, ac si Deus non amplius esset Rex noster, legem Sanctam ejus spernimus, & cuique cupiditas sua pro lege est; traditiones hominum sequimur, & perversas consuetudines*

A a a 4 *dines*

S. Basilius & Episcopus, & Monachus, etiam nimio rigore vires corporis attenuasse dicatur, verbis, libris, & exemplo ad Salutem Proximi plura contulit, quam centum Protestantes, alioquin probi, & docti. Ex Eremito, & Monasterio, id est, ex illo hominum genere, quod Interpres noster miserrimam Mortalium faciem aestimat, Presbyteri, Episcopi, Animarum Pastores, Verbi Divini Præcones assumpti sunt. Provinciæ integræ, & Regna a Monachis Continentiam fervantibus, id est, ut Protestans noster loquitur, ab hominibus, qui nec Deo, nec proximo utiles esse possunt, ad fidem Catholicam conversi sunt, quod nemo nescit. Si SS. Bonifacius, Rupertus, Corbinianus, Willibaldus uxores habuissent, prædicationem Fidei in Germania omisissent, & Interpres iste, saltem secundum hanc, quæ nobis innotuit, Dei Providentiam, a parentibus Ethnicis natus fuisset.

Sæculum IV. *dines, nec, quæ Iesus Christus dicat, at-*
 A. C. 357. *tendimus, se de Cælo descendisse, non ut*
Joan. 6. 38. faceret voluntatem suam, sed, qui misit
eum Patris, nec quidquam facere ex se
ipso, & Spiritum non a semetipso loqui,
sed quæcunque audierit. S. Basilius deinde, adductis veteris, & novi Testamenti exemplis, ostendit, quam graviter Deus minima inobedientiæ peccata puniat! his attente pensatis, ea sibi colligenda esse ex S. Scriptura existimavit, quæ Deo magis grata, aut exosa essent, piis hominibus documento futura; propriæ voluntati renuntiandum esse, traditiones humanas contemnendas, & unice Evangelio inhaerendum. Hæc collectio constat octoginta articulis ex novo testamento extractis, nec alia, quam ipsius Scripturæ verba affert.

Alii S. Basilii tractatus sunt duplicis generis regulæ, majores, & fusiores, sed numero pauciores, non enim plures sunt, quam quinquaginta quinque; deinde minores, & breviores, quæ trecentis, & tredecim articulis constant. Tam hæc, quam illæ in Dialogo quærentis Discipuli, & respondentis Magistri proponuntur. Majores Regulæ principia vitæ Spirituales semper ex auctoritate Scripturæ solide explicant; minores ad particularia descendunt, at vix alia præcepta tradunt, quam quæ omnibus Christianis usui sint, pauca

pauca solis eremicolis conveniunt. S. Basilii Discipuli Cœnobitæ erant, in communitate viventes; nec illius Regionis frigus sinebat eos per eremum, sicut in Ægypto dispergi, & Anachoretarum more vivere. Fuere, qui hæc Ascetica Euflathio Sebasteno attribuerunt, quem tæ Monasticæ Auctorem in Armenia, Paphlagonia, & Ponto credebant, at S. Basilii opus esse constat tum aliis argumentis, tum Rufini auctoritate, illius temporis Scriptoris, qui hæc Ascetica latine reddidit. Cœterum Monachi Cappadociæ Ecclesiæ Catholicæ adversus hæreses Eunomii, & Apollinaris magnæ utilitati fuere, quia auctoritate, quam sibi vitæ Sanctitas pepererat, & exemplo populos in fide Catholica continebant. (*) S. Basilus in eremo socios habuit duos fratres suos, S. Gregorium sequenti tempore Episcopum Nyssenum, & S. Petrum, postea Episcopum Sebastenum, qui post ipsum Monasterii curam suscepit; is inter omnes fratres ætate minimus, dum vix primam lucem aspexit, patre orbatus est, cui deinde Soror ejus S. Macrina pro patre, præceptore, & omnium instar fuit. Hunc ipsa sororia charitate a cunis educatum, scientiis profanis imbui

Sæculum IV. A. C. 357.

Soz. 6. c. 34.

Soz. 3. c. 14. p. 424.

Hier. script. Rufin. II. c. 9.

Cod. Reg. to. I.

Soz. 6. c. 27.

Basil. ep. 79. p. 896.

Greg. Nyss. vit. S. Macr. p. 185.

A a a 5 no

(*) Hæc in præcedenti Nota dicta confirmant.

dicat, at-
 , non ut
 qui misit
 ere ex se
 pso loqui,
 ilius dein-
 estamenti
 iter Deus
 aniat! his
 da esse ex
 eo magis
 ominibus
 voluntati
 humanas
 elio in hæ-
 stat octo-
 nto extra-
 turæ ver-
 duplicis
 ciores, sed
 ures sunt,
 leinde mi-
 tentis, &
 Tam hæc
 Discipuli,
 onuntur.
 Spiritua-
 turæ soli-
 rticularia
 a tradunt,
 usui sint,
 pauca



Sæculum IV. noluit, sed præclaram pueri indolem so-
 A. C. 357. lius virtutis studio excoluit, qua Magistra
 tantum profecit, ut, quamvis Doctrina,
 & eloquentia S. Basilio inferior, virtute
 tamen minime cederet.

§. IV.

Eudoxius Episcopus Antiochenus.

Soc. r. II. 37. *Soz. 4. 12.* *Theod. II. hist. 25.* **L**eoncio Episcopo Antiocheno Ariano
 defuncto Eudoxius Episcopus Ger-
 maniciæ ex ejusdem factionis Principi-
 bus hanc Cathedram invasit. Is in Occi-
 dente, & in comitatu Imperatoris erat,
 quando ad aulam de obitu Leontii nun-
 tium perlatum est; tunc solerter ad Im-
 peratorem ait; Sede Antiochena vacan-
 te suam Ecclesiæ Germaniciensis præse-
 ntiam necessariam esse, petitque, ut sibi
 prompte ad eam redire liceret; Impera-
 tor, quid moliretur, non perspiciens,
 eundi licentiam fecit. At ille, Spadoni-
 bus cubiculi jam antea sibi conciliatis,
 eorum potentia fretus, dimissa Ecclesia
 sua Germaniciensis, strenue Antiochiam
 venit, effecitque, ut quasi jubente Impe-
 ratore Episcopus reciperetur, Georgio
 Laodiceno, & Marco Arethusano insciis,
 qui spectatissimi in Syria Episcopi erant,
 omnibusque aliis, quibus huic Electioni
 interesse competebat. Eudoxius origi-
 nem trahebat ex oppido Arabissa mino-
 ris

Philost. IV. c. 4.